Cronica Ditmari Epi Merseburgensis

Desiderantur hic duo prima folia

nomine. postquam autem mersburg id est media regionis · Merse
nuncupabant tam vel a quadam virgine sic dicta vel · Liber primus
uno eiusdem principes. vel qui eo inde fuerint
virtutes. ante xpi incarnationem. vel post. quia an
tiquorum sagaci memoria certum indagare nequeo. nec
perscripta invenio. ne mendax inveniar. prorsus
omitto. Ab henrico sumat exordium. qui predicte · Exordium ab Henrico primo
civitatis adpertinentia multorum in ea temporibus perspicientia
univit. maioraque his multum suavitate & indus
tria subegit. Hic nobilissimus ottonis & hathuii
stemmate editus. ut arbor occulta excrevit a puero. · Henricus ...
& ut boni indolis gradatim enituit tyro. sicut flos
in vere novo. Isque a patre suo in pueritia quam nos
teutonice delemenci vocamus. sclavi autem glomaci · Delemenci Glomaci
appellant. cum magno exercitu missus. devasta
ta eadem multum atque incensa victor rediit. Sed qua
liter pagus iste nomine hoc signaretur. edicam. Glo · Glomuzi fons prodigiosus
muzi est fons non plus ab albi quam duo miliaria po
situs. qui unam de se paludem generans. mira ut incole plu
rimo asserunt oculisque approbatum est a multis sepe
operatur. Cum bona pax indigenis perfutura suumque

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id430061099/13